

The Digital *Viridarium consolationis* Project

Pars 4: De aliis virtutibus Caput 9: De correctione fraterna (12)

Hugo in libro de claustro anime:

Volunt quidam esse severi,
sed nesciunt quia dum volunt esse severi, crudeles inveniuntur.
Iram pro severitate, amaritudinem pro dulcedine,
pro rectitudine crudelitatem ostendunt,
et sic confunditur vultus religionis,
ubi ex flamma crudelitatis ignescunt oculi,
pallor miscetur livori, qui procedunt ex ira et amaritudine.
Ira prelati peccantem turbat,
amaritudo prosequitur, crudelitas affligit.
Iram prelati causam dat perverso, iustumque provocat ad iram.

Volunt quidam esse severi,
sed nesciunt et dum volunt esse severi, crudeles efficiuntur.
Iram pro severitate, amaritudinem pro dulcedine,
pro rectitudine crudelitatem ostendunt,
et sic confunditur vultus religionis,
ubi ex flamma crudelitatis ignescunt oculi,
pallor miscetur livori, quia procedunt ex ira et amaritudine.
Ira prelati peccantem turbat,
amaritudo prosequitur, crudelitas affligit.
Ira prelati casum dat perverso, iustum vero provocat ad iram.

Hugo de Folieto, *De claustro animae libri quatuor*, 1.16
(PL 176, col.1045C).